



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

3 Liber avus neptem sponsat servo patre natam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Item fœdera inter ingenios sunt legitima, & inter coxquales a multo prius, hoc ipsum Domino constituyente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propterea quod etiam Apostolus b ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, e ubi dicitur Abraham: [Ejice ancillam & filium ejus, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio tuo Isaac.] & infra. [Igitur cuiuslibet i loci clericus, si filium suum viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi conjugato eam dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur.] Paterno arbitrio iuncte caret culpa, si mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt; quia aliud est uxor d, aliud concubina.

**C. XV.** **¶** Cuiuslibet loci clericus] Sic quidem in episcopalarum electionibus: sed in codice canonum, cap. 18. & apud indicatos colledores legitur, cuiuslibet loci laicus. In concilio vero Triburano, ubi hoc refertur, si quis filiam suam, &c.

**¶** Item dicitur [paterno arbitrio iuncta viri.] datur intelligi, quod paternus consensus desideratur in nuptiis, nec sine eo legitime nuptiis loquantur, iuxta illud Evaristi & Pape [Aliter non fit legitimum conjugium, nisi à parentibus tradatur.]

**¶** Traditur] Post hoc verbum in duobus vetustis codicibus citatur ex codice Inghenian lib. 3. tit. de nuptiis, le. 12. ne filium, & lxx. in annotatione, ex digestis, tit. de ritu nupt. l. 2. rapta constitit. & ex indit. de nuptiis, principium, usq. ad ver. præcedere debet.

**C. XIII.**

Item Ambrosius in lib. de Patriarchis, [id est, lib. 1. de Abraham, cap. ultimum]

**H**onorantur parentes Rebecca numeribus, consilium illa non de sponsalibus (illa enim iudicium expectat) patrem: non est enim virginis pudoris eligere maritum sed iam desponsata viro de professionis consilio de, nec immemora dilationem non attulit. Iure etiam propterea debuit ad matrem. Vide illud g Euphrasium, quod mirantur plerique, unde translatum sit, manifestum est. At enim in persona mulieris, quæ tamen matrem volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias, Neptis dicitur pro matris uxore, ut patet in Genesi, ubi dicitur: [Et cum in uxore daretur, hoc est: sponsalium mater meam curam subibat.] Hoc enim non est matrem] Ergo, quod ipsi Philosophi mirati sunt, servate virgines. Mulier etiam, si qua amissa citò marito adoleverit, in infirmitate sua timeret incidere, si vult nubat, tantum in Domino: ut electione matris parentibus deferat, ne appetentia procacior existimetur autem, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi iudicet. Expectat enim magis debet videri à viro, quam virum ipsa expectat. Vere undiam præmittat, antequam nubat, quod ipsum conjugium plus commendat verècundia.

**C. XIV.**

Item in libro Numerorum, cap. 30.

**M**ulier, si quidpiam voverit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognoverit patrem suum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligavit animam suam, & tacuerit, non i rea erit sed quidquid pollicita est, & iuravit, opere complebit. Sin autem statim ut audiverit, contradixerit patri, & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit patri.

a al. equale. orig. b Gal. 4. c Gen. 22. d al. nuptia. e sup. 3. q. 1. 1. f al. fœdus. g Hermone in An. dromacha Europidi, Poly. l. 8. tit. 9.

**¶** Non rea erit] In originali legitur, voti ea erit: quidquid pollicita, &c. sed ob glossam non est emendatum.

**C. XV.**

Augustinus 9. 57. super a Numeros.

**M**erito hic quaeritur etiam de voto virginis. Mulieres enim etiam virgines in scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus b de patre loqui, cum dicit [serve virginem suam] & [det nuptiæ e virginem suam].

**¶** Antea legebatur: Item Augustinus. Sublata est dicitur, Item, quæ abest à plerisque, vetustis. Nam verba B. Augustini, seu glossa ordinaria, quæ hic referuntur, sunt explanatio loci Numerorum antea citati. In isdem autem vetustis omnia hæc capita, quibus non est apposita rubrica, uno capite comprehenduntur.

**C. XVI.** **¶** Vidua & virgines propria voluntate sibi maritos eligant.

Ecce in concilio Toletano 3. c. 10.

**H**oc sanctum d affirmat concilium, ut vidua, quibus placuerit, teneant castitatem. Quod si prius quam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: nec extra voluntatem parentum, vel suam cogantur maritos accipere. Si quis verò propositum castitatis vidua, vel virginis impederit, à sancta communionem, & à liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

**¶** Castitatem] In antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent ut apud Gratianum: sed post verbum istud, adduntur hæc, & nulla vidua, ad nuptias iterandas vi venire cogatur. Quod si, &c. In recentioribus verò editionibus, & apud ceteros collectores variis aliquantulum structura verborum, sed eadem est sententia.

Præmissis auctoritatibus evadenter asseritur, quod quamvis aliqui non solum procreandorum, sed incontinentia causa conveniant, tamen conjuges appellentur.

**QVÆSTIO III.**

**D**e tertio verò questione Pelagius definit, scribens Patenti defensori.

**C. I.** **¶** Arbitrium liberi avi, non originariæ patri, quælibet in nuptiis sequi oportet.

**P**atrem e puellæ, ecclesiæ nostræ famulum, avum verò ejus liberis ortum constat esse natalibus: & id eò avi magis electionem conjunctionem neptis, quam patris ejus, cuius nullo modo liberum potest esse arbitrium, determinamus attendi.

Quia ergo electione avi, hæc ista nuptiis probatur, constat legitime sibi copularum.

**QVÆSTIO IV.**

**Q**uod autem ex ancilla propter uxoris sterilitatem filios quæreret, aliam licet, exemplo probatur Abraham, i qui propter sterilitatem uxoris sue Sara ingressus est ad Agar Ægyptiam, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob g cum ex Rachele filios habere non posset, ex ancilla ejus filios sibi suscitavit: nec solum propter sterilitatem, verum etiam propter fecunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillam Lia, & ex ea genuisse filios. Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris sue ex ancilla, seu ex quibuslibet alia licite filios quæri: aliquando adulterii macula Abraham & Iacob non abluuntur. Sed sicut post mortem Sara h Abraham Cethuram duxit uxorem, ne secundum Augustinum Christiani i putarent esse peccatum post mortem uxoris aliam ducere, sic videtur

a Glossord. ad c. 30. Num. b 1. Cor. 7. c d. nuptium. d Bur. l. 3. c. 44. lxx. p. 7. c. 6. & p. 8. c. 18. & 19. e lxx. part. 2. c. 27. f Gen. 16. g Gen. 30. h Gen. 25. j si c.

